Quelle: http://manuscripta.at/?ID=957
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



Lucio deinde tarquinio superbo septimo atque ultimus regum imperauit
um. Quo tempore ad relaxationem eyri psalm. reuersi sunt theroso ly
mam uidi. xlii. cccc. Iste primus excogitauit uincla. taureas. fustes.
lamnas laurumeas. carceres. compedes. catenas. exilia. metalla. Volsco
que gens ad campaniam eunti non longe ab urbe eum uicit. Gabios
ciuitatem. & suessam pomptinam subegit. Cum tuscis pacem fecit. & tem
plum iouis in capitolio edificauit. Postea ardeam oppugnans. in oc
tauo decimo miliario ab urbe roma positam ciuitatem impum perdidit.
Nam cum filio et & ipse tarquinio uiuor nobilissima femina lucre
tiam. eandemque pudicissimam collatini uxorem stuprasset. eamque de in
uuria marito & patri, amicis questa fuisset. in omnium aspectu se occidit.
Propter quam causam brutus parens. & ipse tarquinio principi conciuitatem. &
tarquinio ademit imperium. Mox exercitus quoque eius. quem ciuitatem ardeam
cum ipso rege oppugnabat reliquit. uenensque ad urbem rex. portis
clausis exclusus est. Cumque imperasset annos. xxxv. cum uxore & libe
ris fugit. Ita rome regnauit est per. vii. reges. annis. cc. lxiii. cum ad
huc roma ubi plurimum. uix usque ad. xv. miliarium possideret.
Tarquinii sane temporibus. castissima iudyth holofernem peremit.
Isdemque temporibus phytagoras phylosophus claruit. qui samo oriun
dus. cotrone deguit. nouissime metapontii obiit. ubique sepultus est.
Hinc consules cepere. per uno rege duo. hac causa creati. ut si unus
malus esse uoluisset. alter eum habens potestatem simul cohercerent.
Et placuit ne imperium longius quam annum haberent. ne per diuturni
tatem potestatis insolentiores redderentur. si, ciuiles semper essent. quia se
post annum scirent esse priuatos. fuerunt quia anno primo expulsis re
gibus. lucius iunius brutus consules. quia maxime egerat ut tarquinius pelle
retur. & tarquinius collatinus. maritus lucretiae. si, tarquinio collatino
statim ab lata est dignitas. Placuerat enim ne quisquam in urbe rema
neret. qui tarquinius uocaretur. Ergo accepto omni patrimonio suo. ex ur
be migrauit. & in loco ipsius factus est lucius ualerius publicola consul.